

*Prologus in breuiariū ceremoniarū mōsterij anellitensis  
Ducatū austric pataviē dioc. Anno dñi m<sup>o</sup> ccc<sup>o</sup> xviii<sup>o</sup>  
p venles pres mōsterioꝝ Sublatens et Sacre specul<sup>is</sup>  
aū te dñi martini pape quinti reformati.*

**O**mnis beatissimi patris nostri Benedicti regula sufficientissime et clare regularis vite exprimat modum ac formam, beato teste papa Gregorio 2<sup>o</sup> dialogorum libro sic dicitur: Scripsit autem vir sanctus monachorum regula discretione propria sermone lucente. Tamen quod modernis temporibus tu propositi ordinis lapsu ita etiam pro variis diversorum monasteriorum consuetudinibus ob defectu visitationum in multis ceremoniis regularibus in regula ipsa descriptis varia est praxi, imo in nonnullis monasteriis regularis practica quasi per omnia in obscuritate versa est, ita videlicet ut quae non sunt practicata in opere etiam ipsa aliter quae clare sonant intelligantur verba regule scilicet. Quare pro aliquali introductione et eorum directione qui ipsius regule amatores professoresque existant, prius describitur brevis formula vite regularis et pro maiori parte est practicata in sacro loco specus nostri Benedicti qui ipse ex lucis mundi naufragio fugientem suscepit, atque a turbi mortaliu oculis annis tribus abscondit. Verum autem formula a completorio in completo, quo ad ea que singulis horis et qualitate agenda sunt sumuntur, quedam alia que sunt distinctiones non describi nequeunt, tu non regularit diebus certis ut horis occurrant subiungendo. Postea in secunda parte ceremonie ad officium missae pertinentes ponentur anertendo in tertia parte recta de officialibus monasterii.

*De sono ad collationem. Capitulum primum*  
**O**mnis itaque tempore quibus maducatur facta cena et postquam maducauerit lector mense atque huiusmodi aut secundum quod tempus admittit sonet ad lectorem collationum diebus vero ieiuniorum post octavo aliquali intervallo fit huiusmodi signum ad locum collationis quod tenore xlii capiti regule. De qua lege abbas vel prior potest aliquid pro edificatione fratrum dicere putaverit expedire. Hora autem collationis et completorii sic moderet. Ut scilicet tempore circa sexta.